



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 165. De bonis traditis in villis Falhus, et Heylcanhus in pago Nithega, et
in villa Redun in pago Leri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
826 vique

853 im-
perante
Hludo-
uuico et

lucktringi (G) duos iurnales testes marcbodo berndag dang uelp aldric.

tradidit idem in *uiithem* (H) iurnales V. testes odi bernheri uiighelm thiadbern.

§. 164.

Tradidit adaluardus cum fratribus suis pro matre sua syburg in *beylcan-*
bus (K) testes thiadricus bodo berndag aymo fini et alii tres.
tradidit beio in *redun* (L) pro anima hunoldi quidquid idem hunoldus ibi
habuit testes adold aseric hrodbert brun et alii sex.

§. 165.

Tradidit ailiuardus II. mansos unum in *falus* (I) alterum in *beylcan-*
bus (K) testes thiadricus bodo berndag aymo fini et alii tres.
tradidit beio in *redun* (L) pro anima hunoldi quidquid idem hunoldus ibi
habuit testes adold aseric hrodbert brun et alii sex.

§. 166.

Tradidit aldger in *barndengo* (M) quidquid ibi habuit testes marcbodo
comes eisulf asic tiaddag unroc.

tra-

in diœcésibus Paderbornensi ac Corbeiensi, et 10) expungendos esse in tabula
Angariae in *Originibus Pyrmont*. tam pagum Nitersi, quam pagum Nithega, quos
auctor collocat in principatu Waldeceensi, et restituendum ibi pagum Netra ad
fluvium Neire, vti iam supra demonstrauimus.

De villa Erpeshus. (F) *Erpesbus* villa in nostro Registro posita inuenitur in pago Nithega. Nulla ergo
ipsa est alia villa, nisi vicus *Erbzen*, in episcopatu Paderbornensi haud procul ab
oppido Nihem conspicuus.

De villa Luchtrin-
gi. (G) *Luckringi* villa erat in pago Auga, testante Registro nostro. Locus hodie dicitur
Luchteringen ad Wiseram, qui ne quidem iter dimidiæ horæ abest a Corbeia

De villa Withem. (H) *Withem* villa erat posita in pago Auga, dudum desolata. Confer supra §. 19.
not. (E).

De villa Falhus. (I) *Falus* erat, vti didicimus ex Registro Bonorum abbatiæ nostræ, in pago Nithega,
dudum desolata. Exsistit vero olim villa hæc haud procul a monasterio
Gerden in episcopatu Paderbornensi.

De villa Heylcan-
hus. (K) *Heylcanbus* villa olim reperiebatur in pago Nithega, testante Registro nostro.
Probabiliter designatur Helkeren seu Helgersen, in episcopatu Paderbornensi
locus.

De villa Redun. (L) Villa *Redun* erat sita in pago Leri, testante Registro abbatis Sarachonis. Pagum
Leri exstisse circa monasterium Wildeshausen ad flumen dictum die Hunte, vi-
dimus iam supra. Probabilissime ergo designatur vicus *Rehden* in comitatu Die-
pholtano. Ex hoc situ loci verisimilimum fieri putamus, *Hunoldum*, ad quem
spectarunt bona in villa *Redun*, fuisse illum *Hunoldum*, quem infra per conie-
cturam pro latore comitum de Oldenburg, Hoja et Bruchhausen, venditabimus.
An Beio eius filius seu consanguineus fuerit, non addunt traditiones. Ergo et
nos illud in medio relinquimus.

De pago Barde-
nigo. (M) *Barndengo* poni pro pago, ex terminatione go manifestum est, quippe quæ pa-
gum significat. Arbitramur autem, eundem pagum esse pagum Bardengo in
Principatu Luneburgico, de quo supra egimus §. 125. not. (I) et §. 126. not.
(p). Hæc in pago Bardengo bona post hæc in manus mortuas monasterii, in
Ullesheim sita, peruenere. An vero horum bonorum traditor *Aldger*, quod
nomen ex Adalgario contractum videtur, sit Aldger, qui supra §. 48. in villa
Scherua quædam donavit, incertum est. Fortassis horum indicatur vnum, quo-
rum